

Tractatus Sextus

Ad in isto exemplo. quecuq; velles me accipere etc. est fallax propositio
nis et divisionis. et textus est falsus. Anis probatur. quod per hoc quod aliquid
dictio per se constructa cum diversis dictionibus causat fallax propositio
nis et divisionis. ut hinc patet. quod dicitur constructa
ta cum diversis partibus causat secundum modum fallacie propositio
nis et divisionis. tunc dictio constructa cum una parte tamen licet diverso ordine non causat fallacias
propositio
nis et divisionis. sed amphibologie. Pro quo notandum est quod
quocumque aliqua determinatio constructa cum una dictione ex diversis partibus
tunc causat fallacia amphibologie penes primum modum. sed quando constructa cum dua
bus partibus tunc causat fallacia propositio
nis et divisionis penes secundum modum
ut patet de ista. quecuq; vivit semper est

Ad in isto paralogismo ubi dictio constructa cum una dictione a parte ante et
a parte post est alius modus preferendi. ubi non est multiplex actu
ale sed potentiale. et per consequens non erit ibi fallax amphibologie. Sed
quod illa diversitas preferendi unius dictionis cum una non sufficit ad causandum mul
tiplex potentiale. sed requiritur diversitas preferendi cum diversis dictionibus vel
sub diversis accentibus. sic autem non est in proposito

Secundus modus est quando fit paralogismus secundum transumptionem. tran
sumptio in dictione. ut ridere. in oratione. ut litus aratur

Hic ponit secundum modum. Dicens quod secundus modus provenit ex eo quod oratio actu
tualiter una proprie unum fecit. et transumptive aliud. ut litus aratur. de quo in tex
tu. Sicut utalauare laterem fecit. proprie unum. sed etiam abluere coctum lapidem. et ali
ud transumptive. scilicet laborare perdere. Et paralogizat sic. quicquid lauat laterem habet
aquam. sed custodiens mulierem lauat laterem. ergo custodit mulierem habet aquam. Et
soluit sic. quod veritas premissarum est duplex. quod si lauare lapidem sumat verobis
quod proprie. tunc maior est vera et minor falsa. Si vero in veritate sumat transump
tive. tunc maior est falsa et minor vera. et istis duobus modis bene sequitur con
clusio. sed sicut conclusio est falsa ita aliquid premissarum. Sed si in maiore sumat p
proprie et in minore transumptive. tunc maior est vera et minor falsa. sed tunc est fal
lacia amphibologie. Sicut soluit iste paralogismus. quicquid haurit aquas
cribro est iuxta aquam. sed clericus sine libro haurit aquas cribro. ergo clericus
sine libro est iuxta aquam. Pro quo notandum quod philosophus non exemplificat de
paralogismis qui formantur penes istum secundum modum. quod orationes penes
quas formantur isti paralogismi non habent multipliciter nisi ex transumptione
nostra. et quod apud diversos alio et alio modo transumit in uno tempore quod
in alio secundum consuetudinem loquentium. ideo philosophus non curavit ponere exempla
sed dicit. soliti sumus dicere secundum transumptionem

Ad penes transumptionem fit bonus locus dialecticus. ut patuit
in quinto tractatu de locis extrinsecis. ergo penes ipsam non fit fal
lacia amphibologie. Dicendum est negando consequentiam. quod aliter
capitur transumptio quando penes ipsam sumit locum dialecticus. et aliter
quando ab ea sumit locus sophisticus. Unde transumptio quando per ipsam su